

**Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres
Societatis Jesu**

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

XXX. R. P. N. Joannis Pauli Oliva Præpos: Gen: XI ad PP. & FF. Societatis.
An: 1666. 8. Sept: De Informationibus

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](#)

730 EPISTOLARUM
Præpositorum Generalium
Societatis JESU

XXX.

R. P. N.

JOANNIS
PAULI
OLIVÆ

Præpositi Generalis XI.

Unica,

Ad Patres , & Fratres Soci
tatis JESU.

Anno 1666. 8. Sept.

De Informationibus.

Prefatio. I. EX quo gravissimam universæ Societatis molem , meis humeris impolluit sensi, religiosa Prædecessorum religia , & animo venerari , & quantum finiterem vires , imitatione prosequi statui. Intutus tamen ab iis non modice deflexisse me poter , quod sub ipsa suscepitæ Crucis nostra

primordia, carissimos in Domino Patres, Fratresque, communibus literis appellare supercederim; cum id officii superiores Praepositi, post initam Praefecturam, statim obierint; sive sanctâ impatientiâ, nè, vel unicò momento, ab ope suis ferenda cessarent, sive ex amanti, paternaque ira, ut si quam minùs recta, cum privati esent, in Ordine nostro notaverant, ea, facultatem naucti, quam primùm dirigerent, & emendarent. Ego autem integri quinquennii moram interposui, rebus gravissimis præmeditandis, & in animo mecum considerandis intentus, quæcum ad conservationem Societatis, tum ad incrementum nostri profectus attinerent. Quamobrem eò plus ponderis, apud vos, admonitiones nostras habituras confido, quo diutius eas discussas, atque examinatas esse, coram D E O ad Sancti Patris nostri IGNATII pedes comperietis. Ac primùm omnium universos, & singulos Sodalitatis Alumnos amplector, gratiamque habeo pro iis, quæ ad Domini gloriam unusquisque aut agit, aut patitur; præ certe ris verò pectori admotos arctius illos adstringo, qui procurationi saluti animarum, per Missiones dedicati, sublimes vitâ factisque, Apostolatus insignia, in Ordine nostro conservant.

*Quantum
Societati
obsint in-
fideles In-
formatio-
nes?*

2. Deinde coram CHRISTO Domino universis affirmo, nullo Societati detrimen- tum vel universalius, vel periculosis im- minere, quam si minus fideles ad nos Rela- tiones à Provinciis transmittantur, de So- ciis, tum promovendis ad gradum, abfol- nendisve, tum diligendis in Magistros mo- rum, aut doctrinarum. Hanc veritatis lu- cem, quâ sublatâ, Societatis gubernatio mi- graret in chaos, obscurant interdum infideli. Monitores, dum affectionum officiis deco- pti, connivent in amicorum malis, nimio plûs vigiles in alienorum mendis inquire- dis. Mox utrorumque imagines, quales cogitationibus finixerunt suis, paribus fu- catas coloribus, Præpositis repræsentant; falsique ipsi (neque enim crediderim ex mil- litia peccare) nos fallunt. Certè adul- ratâ semel notitiâ personarum, si virtus larvâ obvolvetur iniquitas, contrâ virtus in- ductis improbitatis lineamentis deformabili- tur, posthabitibus probis, emeritisque, indi- gnos ad exedras, & gubernacula, cum irre- parabili Ordinis damno admoveri conti- get. Atque inde nitente vitio, squalente probitate, perversæ gubernationis in nos dedecus, in vos damna redundabunt. Quan- obrem per Christi vulnera, & sanguinem omnes obtestor, ut in nostrorum ingenii,

moribúsque describendis , animorum pro-
pensioni nihil, nihil aversioni indulgendum
putetis ; in amicis nuda , seu bona , seu ma-
la considerantes ; in alienis , non tam defe-
ctus , quibus obnoxii sunt , quàm præcla-
ras virtutis , aut scientiæ dotes , queis cir-
cumfulgent.

3. Ad istud animi propositum perinde *Argu-*
honestum , ac necessarium adhortari est ani- *mentum*
mus , in hac prima epistolarum , quas me- *Epistolæ*
ditor , ostendámque breviter , quantùm rei
nostræ communis intersit hæc sancta indif-
ferentis animi habitudo , ut inviolatus ju-
stitiæ tenor in Societate servetur , quando
hæc virtus , mortalium respuplicas , regno
Beatorum similes facit , divinámque nomen-
claturam , moderatoribus cum veneratione
conciliat . Et quamvis hujus generis ar-
gumentum , ad solos coarctatum Sacerdo-
tes videatur , imò ad illorum quàm paucis-
simos , latissimè tamen omnibus patere con-
stat , ubi Sodales intelligent , cui vera , &
solida virtus defuerit , nîl favores , nîl ami-
citias , nîl eximias naturæ dotes profutu-
ras , utì neque offectura odia , si qua sanctè
quispiam severitate disciplinæ , aut zeli fi-
delitate contraxerit . Unde fiat , ut exco-
lendis per scientiam ingenii , per sanctimo-
niam voluntatibus , unicè insistant , abomi-
na-

nati patrocinia, clientelas, & fœdam ad
lationum servitutem ; tanquam sacrorum
Ordinum pestes, ac tineas, arrodentes ve
stem nuptialem perfectionis , quâ quisquis
inter religiosa septa non induitur, in pen
culo magno versatur , nè à splendidissimo
Regum Regis convivio, ad infelices Pho
raonis tenebras rejiciatur, rursus Ægyptu
cæ fornaci, de qua D E I benignitate evo
serat, mancipandus, ut paleas miserae vari
tatis, probrosarum cupiditatum loto cog
mentet.

*Informa
tores non
laborent
humanis
affectionibus.*

4. His positis, Præsidem Societatis An
gelum , cum lacrimis oro , quæsóque ; ut
pectoribus nostris , dum sociorum de vi
judicia ferimus , humani sensus fibras o
mnes evellat ; quidquid ex DEO non cl
aut ad D E U M non dicit , interscindens
Unde tam in consultationibus , dum delibe
ratur, quâm in epistolis , dum superiores &
docentur , si qua vel minima benevolentia
odiique vestigia deprehenderimus , ea con
tinuò , tanquam pravos immanium ferarun
catulos elidamus , adeò , ut in personarum
tantummodò mores , aut rectos , aut pro
vos , mentis acies , sotipis prorsus affectu
bus , intendatur. Hujusce virtutis exem
plar esse voluit Verbum æternum , pro no
bis humanam formam indutum, dum in Eu

*Bonum in
hoc exem
plu Chri
sti.*

angelio circumfusis turbis denuntiat : se non modò nolle , sed nec posse quidem , vel in re minima quidquam , sive ad male merentium commodum , sive ad bene merentium noxam. *Non possum ego à me ipso facere Jo.5.30.* quidquam ; sicut audie , judice , & judicium meum iustum est , quia non facio voluntatem meam. Tam severâ denuntiatione perterrefactus Ambrosius : en primam legem , (exclamat) quam orbis Redemptor præfigit , sibi , cunctisque , qui aut consilio monent , aut imperio jubent. Pro viris amissimis mihi , nihil possum , nisi suæ illos alæ virtutis attollant. Rursus nihil possum adversùs inimicos , adversantesque , nisi suo illos vitium pondere deprimat. Interpretationem viri sanctissimi , quæ singularis est , & mirum in modum argumento favet , ex capite. Ergo hic personam Judicis , Præpositi Serm.20. tique suscipit dicens : *Non possum à me face in Psalm. 118.* re quidquam. Bonus enim iudex nihil ex arbitrio suo facit , & domestica proposito voluntatis ; sed juxta leges , & iura pronuntiat , Deinde terribili tonitru , B. Doctor molliet omne cordis expectorat , jubetque , non secùs , ac si statuæ essemus , intelligentiæ quidem præditæ , sed visceribus vacuæ , ad rationis præscriptum cuncta dirigere : amore , odio , misericordia , ira , cæterisque affe-

736 Ep. XXX. R.P. N. J.P. OLIVÆ
affectionibus, tanquam pessimis consolitorib[us] non
eliminatis. Discite, quem in judicando cruci-
nere debeatis affectum, quam sobrietatem te?
quam severitatem. Dominus omnium d[omi]n[u]m
Non possum à me facere quidquam: No[n] g[ra]tia
test utique, non per infirmitatem, sed per vindicta
servantiam judicandi. Et quoniam, C[on]fessio
subsequuntur verba, divinum quid sonat est d[omi]n[u]m
pronis audire auribus placeat. Quid li tu
potest, qui omnia potest, nisi quod posse non
Non vult posse, quod damnat. Non vult elatio
se adversus veritatem. Audi postremo a rei
dicentem, cur non possit facere quidquam. Tiam
cut audio, inquit judico. Hoc est: nos Tuâ,
voluntate mea decerno quod libitum, sed ris se
judicandi religione, quod est. Doctrinae aquit
necessariæ neglectus, orbem terræ co Mala
minavit facinore tam atroci, ut spatio ista t[er]r[ae]
sæculorum, nullum immanius aut sugge sfernare
re Dæmones, aut exequi potuerint homines, qui Anti-Christum impietate vel acci perut
rent, vel vincerent. Innotuerat Pilato tiae,
nocentia Servatoris; & tam ejus uxori cipiti
nore somniorum consternata, quām J[esus] f[ilius]
ipse attonitus Christi prodigiis, quæ n[on] diatu bant, eximere vinculis tentaverunt. Deic
Etūmque cum Præside esset præclare, si
falso, liberandi, vel occidendi immaculata cruci Agnum, potentiam sibi arrogavisset. Maria,

*E contra
malum
Pilati.*

OLIVE
non loqueris? Nescis, quia potestatem habeo Jo.19.10.
trucifigere te, & potestatem habeo dimittere
te? Imperitum hic Judicem iniquitatis, &
mendacii redarguit laudatus interpres. Lon-
gè (inquit) erras, dum auctoritatem tibi
vindicas inauditam, & planè fictitiam. Nam
CHRISTO deest culpa, tibi pariter de-
bet damnandi potestas. Talem in tribuna-
li tuo debes estimare, qualiter sua sibi vita
repräsentat. Sed quoniam Præses ignavus,
elationenī patibuli de Judicis arbitrio, non
a rei delictis, pendere duxit, ut vulgi gra-
tiam emeret, DEUM in Cruce interemit.
Tuā, Pilate, voce constringeris, tuā damna-
ris sententiā. Pro potestate igitur, non pro
aquitate crucifigendum Dominum tradidisti.
Mala potestas, licere quod nocet. Potestas
ista tenebrarum est, verum non videre, sed
spernere. In tam horrenda mala corruit
quisquis in consiliando, judicandoque, im-
petu affectionum abreptus, à semitis justi-
tiæ, & veritatis, per invia, & abrupta, præ-
cipiti ruinā devolvitur.

5. Neque aliquis eo sibi nomine blan- *Damna*
diatur, quod perversitate quantalibet con- *ex Infor-*
silio, *matione*, iterari nequeat *infideli eu-*
clarè, Deicidium. Nam **CHRISTUS** iterum *mergen-*
eretur, crucifigi potest in servis suis, rursus oppro- *tia,*
bria, & flagella pati in suo corpore, mem-

Aaa

bris.

brisque, quod est Ecclesia, & Societas Juristicæ pars Ecclesiæ aliqua. An exiguam, tritum, pusillo cœtui, labem inferri posse credere si per mendaces Relationes, Corvi prolati; lumbis aggregentur? aut is in ovium tus, storem deligitur, qui lupinos ob more ligno censeri quidem, in tam sancto Grege, illum in cula mereretur? Quod autem jure suo dente seo, promoventibus ad gradus, & munus propria privignos omni caslos pietate; multò id superius de iis conqueror, qui à culmine rei post nobstrarum, arcent legitimos Societatis nos, ilios, eximiis naturæ, gratiæque præmio: Cœtivis à Deo coronatos. Quin potius standi versi cum Apostolo conspirantes, in languorū dejectionem, confirmationē consepti fervidorum, exclamemus, tum adfertos igitur ambitiosos impudens os exercentes, usq[ue] s[ecundu]m honores, quos non merentur, involvendo notum post humilium, & modestorum regis Filii, qui pares, sed aspernantes, abhorrentes sortes omni fastigio dignitatis; exclamemus quenquā: Non possumus aliquid adversari ritatem.

Informatio de quo-vis danda, qualem meretur. 6. In nulla Christianæ Reipublicæ te, multò minus in Religiosis Ordinib[us] bilem a qualem Ethnicorum Poëtarum jactantium: Ecce curitat ex ligno, regnatorem Cæsarem fingi Sal-

rusticum Aratorem, prout Artifici collibue-
guam, rit. Nos factis adstruamus, longè secus
sse credidem se habere in Familiis prudenter tempe-
orvi prostatim; ubi seu bona, seu malæ tamæ vul-
norum, honorisque, aut dedecoris facies, ex
b more ligno educitur, sive sano, sive carioso, nul-
Grege, dum in utramque partem momentum ad-
ure fuscidente, favore, aut aversione gubernantium,
& munis proponentiumque. Intelligat unusquisque,
vultu supernarum mentium integritatem, & A-
nine postolorum fervorem æmulantibus, apud
societatis nos, in proclivi futura omnia. Ex adver-
te præcepto: Contemptores nostrarum legum, in se-
potius standis commodis ardentes, in laboribus
s, in languidos, pro deploratis habendos; &
consepultos in angulis Collegiorum, victu-
n adiem ignobiles, quasi jam vixerint; inustis
in sepe, propter delicta mulctis, tantummo-
involdero nobilitandos. Existiment IGNATII
um reg Filii, se suis in manibus descriptas gerere
horruerortes suas. Talem in Societate futurum
quemque, qualem se esse voluerit; quippe
altiora ministeria semper in hac Republica,
sicut in cœlesti, sublimioribus & ingeniosis,
& virtutibus deferentur. Quæ res incredibi-
bilem animorum concordiam per justitiam
parit, & quali fruuntur Cœlites, beatam se-
curitatem: adumbratam olim in sapientissi-
mi Salomonis imperio. Quando, ut sacer-

g. Reg. 4. testatur Historicus, habitabat Iuda & I
25. absque timore ullo, unusquisque sub vite
& sub fico sua. Nemo Superiores, q
vis anterioris ingenii, minimèque in se
pensos, extimescat; siquidem, in Soc
te non ipsi Generali Præposito, nedum
ctoribus Collegiorum, aut Præsidibus
vinciarum, libet posse, quod non li
privatisque affectibus, auctoritate pa
exarmatis, nullo noti, ignotique; nu
mici, vel inimici discrimine, Ordin
gimus, Bonum Patremfamilias imitan
spicarum manipulis plenas manus refu
tibus, laudes, & præmia; vacuis rede
bus, aut onustis fœno, stipulâ paleisque,
crepationes, & jurgia retribuimus. Re
quisque sub vite sua, & sub fico sua. Re
sces quidem sub umbra vitis, per castig
nem sensuum, arctamque legum custodi
amputatae; non exultæ favoris aur
commendationibus amicorum. Sub viti
Ita qui taxi, aut rubi, noxiarum arbo
malignitatem, pravis moribus referunt
venerandam Nazarei imaginem fingi
sperent. Nec ex adverso, cedrinæ, au
pressinæ proceritatis æmulator meru
vili Æthiopis formâ figuretur. Samu
utpote fideli Prophetæ Domini, arcæ
Istodia demandabitur: Ophni sacrilego

lum à tabernaculo , & cædes in acie prædi-
cetur. Nè multa: quod filius Virginis , die
mundo supremâ , id omni tempore , in qua-
libet munerum , aut præmiorum , poena-
rûmve distributione , repræsentabunt Socie-
tatis Moderatores , & qui Relationes de vi-
ta sodalium scribit , quique proponit : Red- Matth.
det unicuique secundum opera ejus . A respe- ^{16. 27.}
ctu omni privatarum rationum , vel neces-
situdinum , aversis oculis , auribûsque ob-
turatis , tam quiritantium , quam blandien-
tium cantilenis .

7. Atque hæc æquitas animi , firmitas . Et præc-
que in librandis unicè eujuſque bonis ma- ^{pue de}
lisve moribus , tunc maxime à nobis exigi . ^{promovē-}
tur , quando deliberamus de sodalibus , in ^{dis ad gra-}
perpetuum corpori Societatis aggregan-
dis . Antehac , si quis ad Professionem ad-
movebatur , legum nostrarum negligens , in-
geniique præfracti , quisquis in eam rem
consilium , operamque contulerat , is profe-
ctò de optima parente Societate , malè me-
ritus videbatur , ob violatas in re gravi ra-
tiones , & formulas instituti ; neque levem
eo nomine noxam ad tribunal divini Judi-
cis contrahebat . Cùm tamen superioribus
annis , ea vulgò fama invaluisse , quicun-
que ad Professionis gradum inter nos ad-
moverentur , illos educationis esse optimæ ,

742 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIVE

& eruditionis non vulgaris, Professi
litati graves, haud gravatè, imò perlite
ab aliis Familia excepiebantur; honore
dem tanto, ut non amandati ad exor-
dum Ordinem nostrum, sed adopta-
aliors exornandos viderentur. Verùm
gressu temporis, cùm istorum pars
degeneraverint (excipio paucos, quo-
bitas, & doctrina ad amplissima munera
tulit) cùm, inquam, plurimi eva-
domibus, ad quas profugerant, inqui-
bidi, discordes, ambitiosi, quām ad
tores sui, tam contemptores aliorum
horrentes à psalmodia, novitatis audie-
censores Præsulum, magistrorum ex-
rum invasores, avidi immunitatum,
lēisque inter nos fuerant, & intole-
propter culpas, & correctionum intol-
tes, grande arcanum cunctis Ordinibus
ligiosis innotuit: ejectamenta Socie-
non esse margaritas, ad ornatum co-
adhibendas, sed vitri frusta pedibus
culcanda. Cui sanè vitro in domibus
stris contracto, gratia omnis unà cum
gritate deperiit; nullumque reliquo
sum habet, nisi fortè, ut contrectans
manus laceret, & cruentet. Atque in-
di, quod aliae Familiae egredienti
nostra, accessum ad se, severis legibus
terdixerint,

8. Qu

8. Quamborem sodales ad Professionem *Indigni*
temere admoti, ab omnibus ferè Cœnobiis *promoti*
exclusi, in nos malè immissi, nobiscum pes- *quantum*
simi manere coguntur cum inconsolabili, *noceant*
assiduoque, tum subditorum, tum *Regen-* *Societa-*
ti? *Verum* gemitu: atque ità insinceram menda-
cium Patronorum luimus fidem, quando
eorum relationibus ad quatuor Votorum
sanctitatem, triūmque solemnitatem evecti
adstrictique hærent, hærebuntque intrà vi-
scera Societatis, qui ea perpetuò, aut vene-
no inficiant, aut dente discerpant. Nemini-
nem latet, quanta pax, & felicitas in no-
stris domibus habitaret, si qui eas contur-
bant, perpauci abscederentur. Duo, trés-
ve ad summum, singulis in Provinciis, ma-
laciā religiosam, quæ per cæteros omnes
remaneret immota, in tempestatem vertunt.
Nam ubi primùm Collegia subeunt, quæ
modò terræ candoris lacte, & melle ju-
cunditatis redundabant, statim dissidiorum Isa. 24.
felle, & suspicionum toxicō scatent, quæ-
que non nisi electum Euangelicæ simplici-
tatis frumentum abunde ferebant, in dete-
stanta Politicorum dogmatum zizania exu-
berant. Ecquis ille fuit (detur venia ver-
bo) proditor Societatis, ille communis
tranquillitatis hostis, ille adversus Parentis
nostrī decreta contumax, qui ausus est pro-

ponere tanquam capaces supremi in ha-
milia gradū, insignem virtutis, & de-
scen-
næ præstantiam requirentis, homines du-
candi, meditandique consuetudine al-
Christianæ humilitatis prorsus igno-
nullo parendi Superioribus, nullo libe-
perandi studio, nullo pœnitentia, nulli
luti animarum; moderationis in lingue
charitatis in corde, diligentiae in opera,
expertes, in aliorum factis interpretes,
temerarios, in iisdem carpendis audac-
usque ad contemptum gravissimarum in-
stitutionum arrogantes; quas commone-
possent, & convellere tentarent, & es-
dere. Rari profectò inter nos abortu-
degeneres, & abominandi aspiciuntur.

Ezech. 13. tamen volumus, reclamante Propheto
rietem casurum, luto absque tempera-
linire, & sternentibus pulvinaria insuper-
sternere, fateri oportet cum dolore su-
orum, quecum ejusmodi pestibus mali-
ri contigit, non esse tam paucos, quam
pluribus Provinciis duorum, triūme-
dalium graveolentium sentina horreat.

Et huius 9. Si Relationes Romanæ missæ, in
causa sunt ris coloribus expressissimè homines vi-
Informa- tam indigos, animi perturbationibus
tores in- obnoxios, ingenii tam intractabilis, ram-
sinceri. perditæ verecundiæ, haudquaquam u-

membra hujus Ordinis cooptati , nunc ab-
scissionis difficultatem jactarent ; tamque
duris cervicibus , & animis ab ideis insti-
tuti nostri, nimium discrepantibus, cum in-
credibili lucro existimationis apud exter-
nos, concordiae inter domesticos , mature
exonerata esset, & recreata nostra Respubli-
ca. Nè quæso, per indulgentiam pravam,
in quosdam naturâ malos, consuetudine pe-
jores , portam eam sanctam occludamus ,
quam Summi Pontifices, invidendâ cæte-
ris prærogativâ, patere nostro Ordini vo-
luerunt. Ne, qui Deo verè non vivit, in-
ter nos vivat, utque turbidis ingeniis expul-
sis , prisca legum severitas retineatur , so-
lemnisque pudoris Angelici , & Apostolici
fervoris Feriæ, aut potius diexim, perpetu-
um Jubilæum, in hac Familia perennet. At
enim (objicit aliquis) in istis disciplinæ la-
xioris hominibus, gravium criminum ulce-
ra minimè deprehendas. Esto. Non id ta-
men elevat gravitatem doloris mei. Si ad
lethalia delicta, quæ D E I misericordia est,
non connivetur , neque inulta esse sinuntur
in hac minima Societate , plurimum tamen
derogat, cum existimationi apud externos,
tum internæ quieti, & sanctitati, Sociorum
languescentium in virtute consortium. Ne-
minem dentis depravati vitium admovet

Aaa f

mor-

746 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIVE
morti : magnitudo tamen cruciatūs, gemitū
tem vehementer angit , & facultatem
consueta munia , membris omnibus inter-
cludit. Sic vulnus malæ inflatum, super
ciliī abrasio , abscissio labri , lepræ scabie
in fronte , distorti pedis claudicatio , vita
quidem non adimunt : nihilo tamen min-
homines his vitiis deformatos, in eam
recundiam adducunt, ut humanæ con-
tudinis fugitantes , in avia nemorum, in
posta , vel obscura ædium, aut speluncarum
se penetrent , ut pudenda corporum deb-
nestamenta exilio , solitudines tenebris co-
lent , tam luci , quam sibimet ipfi , invisi-
ante vitæ exitum sepulti. Eâdem prorsus
ratione , Socii solutionis disciplinæ , que-
vis neque detestandis facinoribus , séque
Ordinem commaculent , neque lethalum
criminum exemplis , graviter Socios offe-
dant , pudori tamen sunt illis , & mœnor-
dum distorti moribus , in duas partes clas-
dicant , dum curæ in terras animæ , incli-
natam humo Euangelii vetulam imitan-
dum in cœlestibus , & in aeternis contem-
plandis lusciosi , lincei apparent in rebus ho-
milibus , & caducis.

*Informa-
tores non
imitentur*
10. Quæ cùm ità se habeant , adver-
tam periculosam labem , munimenta valide
& aggerem impenetrabilem oportet oppo-
neri

nere. Huic extruendo , materiam idoneam suggerunt sacræ paginæ , dum in Apo- calypsi describunt mare crystallinum , solo regnantis Agni circumfusum. *Et ecce se- des posita est in celo , & supra sedem sedens ; & in conspectu sedis , tanquam mare vitreum , simile cristallo.* Atqui primo aspectu , accommodatior futura mihi videbatur imago Solis , ad significandam vim infinitam Divinæ perspicaciæ , opera mortalium omnia perlustrantis ; qualem existere par est in supremo Diribitore præmiorum , atque pœnarum. Verum , divinorum ænigmatum profundam altitudinem sum veneratus , posteaquam animadverti , Solem integritate quidem incorruptæ naturæ , fulgore perspicuo radiorum , exhibere pulcherrima regalium virtutum exempla , rerum publicarum moderatoribus æmulanda ; sed absurdam , atque perversam intellectu futuram imitationem ejusdem sideris , quatenus lucis efficacitate pari , succos venenatos in cutis , ac salutares in uvis elaborat , & fidelium atque infidelium campos , non absitili fœcunditate convestit. *Solem oriri su- per bonos , & malos.* Isthæc beneficentia in omnes indiscriminatim effusa , quantum commendatur in providentia divina , quæ præmiorum amplitudinem alteri sæculo re- fer-

Matth. 5.

45.

748 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIVE
servans, in hac vita, munusculorum au-
pio, impios allicit ad pœnitentiam:
rum tantum vituperationis meretur, in
ministratōne seu sacra, seu prophana-
rarum; quoniam sublato rerum differ-
ne, coronā dignos, cum supplicia merita
in remuneratione confundit. Oceanus
pinquioris nobis, quam Solis, gubernat
nem præstat imitari. In naufragiis ille
gnarum navium, auri, argentique metalli
cum gemmis in profundo alveo reconden-
marcentes tabulas, & putrefacta cadaver
in littus expellit. Sic Indicum pelagus,
gas fœtentes, & ignobiles testas in ex-
mas arenas evomit, conchis, margaritas &
coralliis, interiore gremio tenaciter reten-
tis. *In conspectu sedis tanquam mare suum.*
In elementum tam nobile figura-
mentis oculos, ab eoque odium in Sodali-
tatis degeneres filios, amorem in generali
addiscamus. Tam calamo in litteris, qui
voce in consultationibus, improbos,
opprobria nostri nominis insectemur.
contrario probè, atque inculpatè vivente
tanquam Ordinis fulcimenta, & spirante
primorum Patrum imagines, Generali Pre-
posito proponantur. Davidicis exclame-
re vocibus liber in eos, qui de Sodalicio
vita, & moribus nos perperam edocen-

Quis consurget mihi adversus malignantes , Ps. 30.16:
aut quis stabit mecum adversus operantes
iniquitatem ?

11. Patres mei , tot juramenta concipi- Par sit cu-
ra de Vir-
tutis , que
de scien-
tiæ profe-
ctu.
tis, ut de sapientia provehendorum ad Pro-
fessionem , nos certos faciatis ; Nullus Pro-
vincialis , nullus Generalis Conventus ce-
lebratur , qui severiorem doctrinæ cen-
ram à nobis , & certiora experimenta non
requirat. Nec damno. Nam vae nobis ,
si fundamentum , cui ferè omnes religiosi
Ordines , & præcipue noster innititur , in-
signis literatura defecerit. Sed cur de al-
tero sustentaculo conservando perinde non
laboratur ; de virtute exaggerata , & subli-
mi , quam sanctus Patriarcha , in cooptan-
dis ad Professorum cœtum , severè admo-
dum exigit ? Aversionem videlicet à patrio
solo , & à consuetudine propinquorum , ho-
norum , ac deliciarum fugam , accuratam
meditandi , contemplandique diligentiam ,
sitim pœnarum , iustitiæ famem , parendi
majoribus , infringendæ propriæ volunta-
tis , subigendarum appetitionum studia , con-
vertendi ad D E U M humani generis Apo-
stolicam aviditatem , benevolentiam in uni-
versas orbis terræ nationes , ex æquo pro-
pensam , privatis cunctis necessitudinibus ,
nuntium remittentem. Pro dando his vir-

750 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIVE

tutibus testimonio , sacramenti nullius re-
gio interponitur ; imò res momenti sum-
incuriā tantā tractatur , ánne malitiā ?
mēndacium aliquando interveniat , idq;
palmare . Quippe Ismaēl importunus ,
neamentis Isaac mitis adumbratur ; sedit
sus Abiathar , religiosi Sadoc personam
duit , & ipse Cain ab invidia , & furore hu-
dus , innocentis Abelis candore fucat .
Cur verò probitatem vitæ , sicut prætan-
am doctrinæ , jurati non affirmatis ?

12. Ecquod reipublicæ detrimentum
impenderet , si quis Professorum minus ac-
philosophetur in Scholis , aut in coetu con-
certantium , non tam subtiliter argumen-
rum nodos exolvat ? Ex adverso , quæ po-
nices timeri non potest universo Ordini
ab unius professi arrogantia , ira , otio , co-
tumacia , temeritate ? Unus ex Professis
quando , instar turbinis à Satana concitat
Apostolicam Constitutionum molem , à fu-
damētis concussam , labefactare contendit .
Ergo ubi pompa eruditionis , & plausu-
gitur Lycæi major , augustissimæ Triade
numen advocatur in testem fidei subsig-
tæ ; ubi sanctitas Ordinis , atque tran-
quilitas periclitatur , arbitria commissa nobis
ad arbitriū amicorum circumferemus
ut quæ gratificemur improbo filio , sanctu-

Scientia
sine Vir-
tute no-
xia.

Parentem in angustias, & dolores parturientis adducemus? Non is ego sum, qui velim Socios ad tale jusjurandum adigere, à quo imperando, quamvis in illud propensæ, plures Congregationes generales abstinerunt. Sed inculcatum etiam atque etiam, cupio officii debitum, quo tenentur substituere sacramento, cui parcitum est, né conscientiæ religione perjuriorum obstringerentur; invictam, fidelémque constantiam, in exponenda veritate. Nè quempiam transversum agat impia, erga immentes pietas. Sed fidem quisque integrum repræsentet Societati, ac Præpositis Generalibus; qui suas deliberationes, & decreta magni momenti, super alienis relationibus fundant, atque extruunt.

13. Quod monui de gradibus, & magistratibus, circa quos binos, veluti cardines, Ordo nostro circumvertitur, idem extendo ad quælibet Societatis munia, gymnasia, suggetta, missiones, cœteraque ministeria, tam Patribus, quam scholaribus, fratribus, que, alia aliis, pro variis naturæ, gratiæque donis, deferenda. Quòd si quando contingat, ut Sodalis eminentis ingenii, inferior sit alteri morum probitate: hunc illi, sine controversia, præponi jubeo: sic inter Discipulos doctiorem, solertiores inter

Coad-

752 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIVÆ un.

Coadjutores, volo sanctioribus posthaben-
deco
rum
& de
ta
næ
prop
de ill
tare.
tores
mo s
beatin
tur,
bono
simu
ceden
us se
Alum
præm
filis e
et, q
Mart
& san
De o
fideri
fiteri,
nume
præpa
laudat
mator
Cumin
quantumvis illos supra esse, ac multum ex-
cellere appareat. Qui religiosis in caltra
Divino obsequio se manciparunt, memori
propositi sui, concupiscere debent, &
petere laboriosa magis munia, & specie
minus: sive ut excelsam animi sublimi-
nem, quæ viguit in C H R I S T O Regg.,
capite nostro, æmulentur; sive ut suas, a-
tiùs in regno immortalitatis sedes evan-
per ultimos accubitus præoptatos, in con-
vivio vitæ mortalis. Superiorum autem
eorūmque, qui linguâ, & calamo superie-
res edocent, propriæ sunt partes, ultro fe-
deprimentes attollere, iis Patris familiis re-
bis: *Amice, ascende superius.* Nisi forte
precibus accuratissimis, à DEO primū
deinde à nobis, ministeria infima extor-
rint, tum ad amplificandam ipsorum dig-
tatem in Cælo, tum ad ambitionem de-
riorum in terris coarguendam. Invita-
tamen, vel invitos, ad Magistratus, ac
ciosissima munerum censeo, quantum
constet repugnaturos, quò tabescant in-
di, probi gaudeant, maneátque in Re-
blica profuturum sæculis grande, hono-
aspernantium, exemplum. Neque ista
distero, statuóque, quasi vilissimam, cada-

Luc. 14.

10.

decoris cupiditatem, iis velim ingerere, quorum excelsissimam humilitatem, laudibus & decretis attollo.

14. Unam tantum D E I gloriam, & alie. *Subditos*
næ salutis procurationem suis laboribus *bene me-*
propositam Sodales habeant: nostrum erit *rentes*
de illorum commodis, & ornamentis cogi- *præmiat*
tare. Quemadmodum veri Numinis cul- *P. Gene-*
tores infinitam illam Majestatem ex ani-
mo sincerissime diligunt, nullo promissæ
beatitatis respectu; Fide tamen obstringun-
tur, ut credant, D E U M remuneratorem
bonorum largissimum, malorumque justis-
simum punitorem. Credere enim oportet ac- *Hebr. ii.*
cedentem ad Deum, quia est, & inquirenti-
bus se remunerator sit. Quare à Societatis
Alumnis exigendus non est is mercedis, &
præmiorum neglegetus, quem in Ecclesiæ
filii Apostolus non requirit. Credere opor-
ter, quia remunerator sit. Quandoquidem
Martyres quoque, vitam pro C H R I S T O,
& sanguinem fundunt, ex unico placendi
D E O, divinæque gloriæ propagandæ de-
siderio, in eo purissimæ charitatis actu con-
fiteri, & adorare necesse est divinæ justitiæ
numen, coronas amicis, inimicis incendia
præparantis. Quamobrem, ne probitas
laudata, sed algens, accensa sui studia in a-
matoribus restinguat, arceamus, oportet, à

754 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIVÆ UN
sublimioribus nostri Ordinis ministeriis
gnaviam, somnolentiam, proficiendi negle
ctum, eoque sublevemus diligentiam, vig
lantiam, sanctitatem. Ita docet Ambro
sius in ea verba Psalmi 35. Et manus peccato
toris non moveat me: dum videmus peccato
res prosperis abundare successibus, natu
ræ affectu, & quadam quasi peccatorum man
der radice virtutis avellimur. Cavendum
go, nè, quos in domo Dei manus divina pro
tavit, manus adversa supplantet.

P. Gene
ralis æ
libus universis indubitanter affirmo: nullum
quum, & aliam in animo meo experiri, multoq[ue] n
honestum nūs admissam velle propensionem, praet
spectat si
ne perso
narum ac
ceptione. quam ad æquum, honestumque; atque
dispertiendis muneribus, quæ à nostra
luntate dependent, virtutem Sodalium fe
per, & facultatem, rebus omnibus præla
rum. Si aberraverim, certò sciant, im
center, nec sponte in publicum bonum pa
cavisse; referentium videlicet dolo, aut pa
fidiâ proponentium, circumventum.
quicunque suo vel amori, vel odio obse
tus, nos debitâ veritate semel fraudare
hunc, hunc, negatâ in posterum fide,
cultati nos iterum fallendi, subducere
Deceptus errabo, quod hominis est;
probè edoctus, ut Præfes non committ

(id enim Tyranni , aut Dæmonis esset) ut
sciens , & prudens in barathrum iniquitatis
ferar , optimos posthabendo mediocribus , &
infimæ virtutis homines , qui jacent in sor-
dibus obstinati languoris , ad munia hone-
stissima sublevando . In hoc proposito ita
defixum animum habeo , ut supplici corde
tres Divinas Personas invocem , pro accele-
rando vitæ digressu , si me præviderint à
justitiæ semitis declinaturum ; cùm omni-
no præmori malim , quām vel minimum in
personarum acceptione peccare .

16. Neque tamen in mentem venit , dum *Superior-*
minūs dignos , aut *indignos* prorsus rejicio , *res ex mi-*
llud optare , ut *omni auxilio miseri desti-*
tuantur : quin eos enixè Rectorum diligen-
tiae , ac vigilantiæ commendo ; nè sinantur
in fundo hærere abjectæ desperationis ; sed
fraternæ charitatis ope , subvehantur ad
verticem Perfectionis , quò sub initia con-
versionis anhelaverant . Id effectum da-
bunt , si nostram illis benevolentiam atre-
stentur ; si proprii statūs , in quo degunt ,
sublimitatem insinuent ; si paterna ingerant
monita pro culpis , queis obnoxii videntur ,
evitandis ; dilaudent naturæ dona , quibus
enitent , per quæ res præclaras in DEI glo-
riam , & Ecclesiæ utilitatem sint peracturi ,
modò instaurato fervore pristino , se totos

756 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIVEU
divinæ gratiæ regendos permittant, tam
tū Deo, tanquam Euangelici Ministri
nis, tanto divinæ Majestatis patrocini
favore dignati. Hæc est ratio legitima
via, quâ de malè merentibus bene meri
tur: beneficio quidem duplicato; non
ciliando indebita decora indignis, sed
dendo dignos, faciendōque, ut, quæ
ruerint, assequantur. Ita fiet patrocini
um affectus privatim ac publicē salutis.
Dum enim alii Sodales miserandos eli
dibus benigniter extrahent, alii strenue
pœnitentiam emergent, utrorumque mem
bris omnis generis illustrata Societas
ultabit. Quisquis, aliter agendo, religio
sæ Familiæ rationes conturbaverit, stet
ut loquitur Nazianzenus, in terram de
hens, & vicissim terrarum quisquilias infi
rens cœlo, is parentem suam Sodalitate
dedecore afficit, Sociorum virtutis in flavi
currentium alacritatem minuet, otiosorum
& dormitantium contumaciam acuet; re
det denique per omnia dissimilem tempe
tionem Societatis administrationi divinae.

*Infidelis
informa
tio oritur
ex Natio
nis, vel
cognatio*
17. Et quoniam istiusmodi malorum origo est, ingenita cuique erga suæ genitrix homines, à natura propensio, quæ nisi primitur, evadet justitiæ labes, & veneno sanctimoniarum; ut tetur ad radices plantarum e

OLIVE
ittant, in
linistri
atrocime
o legitim
ene men
to; non
nis, sed
at, quia
patrocin
ice salut
indos el
i strenue
imque v
sociale
do, refe
erit, sta
rram den
quiliis in
Sodalitate
atis in fl
otioform
acuet; nu
tempor
i divina
alorum
luæ gen
uæ niss
z venen
ces plant
tam perniciosæ ac mortiferæ ponam, inter- *nus affe-*
gram Epistolam comparavi, super compe- *du.*
scendo amore immodico erga patriam,
propinquosque. In qua ea tantum pro-
bare est animus, quæ severiter C H R I S T U S
Dominus, vestigia sua sequentibus, inter-
dicit. Nec argumenta deponentur è no-
stra penu, sed ex oraculis scripturarum, ex
Euangelicis constitutionibus, de sermoni-
bus, sententiisque Sanctorum.

18. Interim, si quis miratur, cur tam a- *Cur P.*
criter contenderim, ut quam sincerissimè *Generali*
Relationes ad nos docendos à Provinciis *necessariæ*
transmittantur, is edoctus consilii nostri *fint sincere*
ræ informationes?
causam, mirari desinet. Cum enim Præ-
positus Generalis, tanquam supremum A-
gens, immensum Societatis corpus ab or-
tu in occasum, per interminata terrarum
mariumque spatia porrectum, movere de-
beat, nisi partibus remotissimis, aliquâ ra-
tione se admoveat, per amplio muneri par-
non erit, cum actiones in distans dari abnu-
ant vel exedræ philosophantium. At pro-
pinquitas gubernationi tam necessaria ha-
beri quî poterit? Quando ubiquitas, né ipsi
quidem conceditur C H R I S T I corpori glo-
rioso, quod sub orbe triticeo tot exposi-
tum in templis adoramus; & immensitas
dos est propria Divinitatis, præsentis rebus

758 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIVE

omnibus, & omnibus consulentis? fidelis, & sincera sedulitas, tam Confidrum referentium, quam proponentium vincialium per atramentum, & pagi Orientem Occidenti conjungit, & undeque Indiam admoveat Romæ; cum loco distantiam ita suppleat, ut Sodales, regre degunt, per calamos veraces expeliūs Moderatoribus innotescant, convivis discubentium facies, per omnes repræsentatæ. Siquidem parum referterius os cernere, aut sermonem haud nisi perspicuus quoque sit animus convivis, aut colloquentis. Nam sœpe entes alterum in alterum insidias, mensa consociat, & pro vitæ propugnibus, alit proditores. Ex adverso, cuque vel absens, de hostis implacabilio cognoscit, se mature præmunit contra vulnera; antidotis contra ven-

*Ad regi-
men plus
confert
cordium,
quam cor-
porum no-
titia.* Usque adeò verum est, mentis oculos tis luminibus antecellere, plus proficit regimen mortalium cordium notitia, quam corporum, illamque præhabet propinquitatem, per quam non linearium, vultuum aut statūs, motusque, memorum, sed colores animarum, & umbra doctrina videlicet, aut ignorantia, virtus aut vicia deteguntur. Appositi in re-

stram Paulinus in litteris ad virum primariū
scribit: *Præsentia firmior, quæ spiritu, quam Ep. 2. ad*
que corpore jungitur. Quia quanto fortior Delph. t.
carne spiritus, tanto potior est conjunctio ani- ^{§2. 85.}
morum, quam corporum, & interiorum præ-
semia, melior exterioribus separatis, quæ sa-
pe sine causa junguntur locis, si mentibus sepa-
rentur. Quòd si relationes felle odiorum
infestæ, & vindictæ igne flagrantes inno-
xios adurerent, aut ex miseratione iniqua
erga nocentes, mores illorum plumbeos
laudibus inaurarent, non bene longinqui-
tas regionum, literarum beneficio supple-
retur. Ecquis enim non intelligit, quan-
to intervallo me ab optimis filiis, istius-
modi notitiæ adulterinæ sejungerent, ex-
ponerentque periculo inevitabili, rejicien-
do Jacobum lenem moribus, & amabilem,
sed in vestibus Esau pilosum, atque horri-
dum; amplexandi verò fratrem contuma-
cem, simplici bysso, & mansuetis vocibus,
Jacobeam innocentiam imitantem! Fide-
lium itaque relationum veritati, Societatis
universæ regimen inniti constat, magisque
aptum esse, atque connexum proponenti-
um, & instruentium monitis, quam supre-
mo ipsius Præpositi Generalis arbitrio: cùm
bic aut nequeat, aut nolit, nisi super illo-
rum relationibus deliberationes, & consi-

760 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIVÆ ubi
lia suā constituere , officium suum parare Societatis legibus , dum imperat cietati.

Informa. 19. Comperto igitur , commodum omnes quales vel incommodum nostræ gubernationis diligendi? ab inquisitionibus rectis , iniquisve pende-

ad has conficiendas probati judicij Sacerdotes , & incorruptæ fidei deligantur. clamat magnus Gregorius , & ego una

sancto Pontifice vocem , ut usque ab ext

Lib. 5. ep. mis terræ finibus audiar , attollo.

48. t. 32. hoc à sacerdotali animo , ut in qualibet cap

36. privato zelo moveatur. Nemo Sodalit

mores describat , nisi prius DEUM pro

bus consuluerit : nemo ad gubernationem

vel gradum idoneos proponat , nisi quo

tho jam proximus eslet designaturus.

hæc mandata Provinciales , Consultores

Monitorésque servaverint , pax & sancti

nostræ familiæ in tuto erunt ; nosque pa

petuò , Professos Apostolici spiritus Pa

des inculpatæ vitæ venerabimur.

Quæ bona 20. Propterea nostri juvenes , cæteri

sequantur ubi animadverterint , molem Societatis

ex hoc , si constet , in geminis , tanquam Polis , Virtutibus , &

informa- ctriñis circumvolvi , exclusis patrocinia

tionibus clientelis ; pro terendo tempore , in

sola merita spectare cum eundis cubiculis patrocinantium ,

ri ? templis assidui , ac bibliothecis versabun

ubi propitiando precibus DEO , imbuendæ scientiâ menti dabunt operam , non ambien-
dis assentatione Patrum præstantioribus : Euangelicæ charitatis opera frequentabunt ,
non supervacua salutationum officia : So-
cietatis leges revereri assuescent , non effa-
ta , nutus virorum auctoritate pollentium :
abjectâ denique spe proficiendi per linguas ,
aut calamis amicorum , unusquisque suis la-
boribus ad sapientiam , & honorem , indivi-
duum sapientiæ comitem , enitetur . Col. *Palma in*
laudatam sacris in Canticis Palmam Socie- quo imi-
tas æmuletur ; cujus daçtyli nequaquam de- tanda ?
cidunt ad pedes plantam concutientium ,
aut verberantium ; sed neque à viridarii
Præfæcto , illius manibus porriguntur , qui
sub umbra sedens , cibum ignavis blanditiis
emendicat . Nempe ii solùm , in Redem-
ptoris Horto , sœcularibus pomis vescuntur ,
qui palmæ verticem superscandunt . *Ascen-* Can. 7.8.
dam in palmam, & apprehendam fructus ejus.
Qui religiosis in septis , per alas austerioris
disciplinæ , Constitutionum culmen subli-
me condescenderit , is votorum summâ po-
tietur . Qui somniculosus , & negligens ,
ad vestigia ligni vitæ subsistet , hærebit
semper jejonus , in imo abjectionis . Ma-
nifestum sit omnibus : non importunitate
querelarum , non adulacionum servitute ,

non depreciationum humilitate, sed gen
sis in ardua salientium nisibus, obtinen
co
pro

& In quo dullam pomariorum C H R I S T I. U
men in re Provinciales, Præpositos,
Etorésque, Palmæ, atque aliis fructuof
boribus esse dissimiles velim, quòd ha
fœtus initio quidem pigris, & oscitanti
constanter denegant, adjuncta poma,
dicus retinentibus ramis: at progressu
poris, eadem succo gravia, & maturata
mittunt, dejiciuntque super inertes, co
séque in umbra arboris dormitantes. P
hibeat D E U S, né qui priùs omnes bla
tias, laudésque suco oblitas, fastidios
spuimus, postmodum assiduo palpo deli
ti, assentantium vota usque ad delicias c
pleamus. Nisi gravitatem hujus epiph
dedecet exemplum quotidianum, & vul
re, flammarum imitari libeat; quæ papilas
alas amburit, eam assiduò circumvolant
Appropinquemus iis, quos saus pudor,
animi demissio, à congressu Præsidis ab
net; ab iis verò, quos ambitio insolens
in nostram familiaritatem immittit, rec
ta

Eph. 4.1. mus. Omnibus occinatur illud: *Ego u
eris in Domino.* In religiosa familia qui p
est, manibus caret, né qua munera in im
ritos conferre queat. Contrà, qui sub
fideliterque Moderatoribus paret, ex
c

confidenter emeritas manus , colligátque ,
pro arbitratu , fructus arborum pullulanti-
um in hoc mystico Paradiso. Enitentem
ad palmæ fastigium saturitas opperitur , ma-
nentem in radicibus , fames manet. *Ascen-
dam , & apprehendam.*

21. Nè quis tamen existimet , dum fre- *Moderat-*
quentiam supervacaneam officiorum repre- *tore*s *re-*
hendo , me improbare urbanitatem illam re- *veri de-*
ligiosam , & sanctum obsequium , semper in *cet non a-*
severioris disciplinæ Ordinibus usurpatum , *versari.*
per quod subditi suis Moderatoribus reve-
rentiæ nexibus , & amoris copulantur. Quin
vehementer abominor arrogantiam impu-
dentem alicujus , qui se superiorem vendi-
tat rebus humanis , imò (si Deo placet)
quasi de humilitate gloriatur , dum rustici-
tate superbâ , obstinatum consciscit exili-
um , faciemque illius aversatur , quem su-
um Vicarium C H R I S T U S , & Duce in
Ordinis administratione constituit. Istius-
modi fuga cunctis virtutum Magistris de-
testata , dilectumne discipulum Joannem re-
præsentat , semper affixum lateri , aut in si-
nu recubantem Præceptoris ? an potius ad
vivum exprimit illum reproborum antesi-
gnatum Cain , qui terga convertens moni-
tori suo : *Egressus à facie Domini , in terra pro-
fugus habitavit ? Nemo crimen ambitionis*

ex-

764 Ep. XXX. R. P. N. J. P. OLIV

extimescat , dum parentes colit , qua
tatis est virtus. Immane quantum dif-
pat benignitas charitatis , à blanditiis un-
tatem fœnerantibus. Amor liberalis ac-
dit ad patrem, ut consoletur sub onere ci-
rarum ingemiscerent : astus politicus in-
perantem adit , sicut & hamo benevolentie
honores , & commoda expiscaturus. Ha-
simulatio ambitionis abortus , mali con-
malum ovum , damnetur , & puniatur. Illa
divinæ charitatis filium , à sanctissimis vici
præceptum , & impletum foveamus , & co-
ronemus. Ecquod opportunius , & præ-
bilius est vinculum , quam quo membra
capiti adstricta , cohærescent in corpore So-
cietatis ? Ecquæ distractio exitiosa magis
mortifera , quam illa per quam cervix ,
regimen animantis viget , à reliquo corpo
abscinditur ? Conjunctissimos igitur sup-
riores esse , subditolque oportet in Societate ;
quemadmodum IESUS CHRISTUS
in supremo sermone mandavit Ecclesie ,
non conjuncti modò , sed unum omnia
sint , Pastores cum ovibus , cum Præsulibus
populi , Duces cum viatoribus , ad ver-
Joan. 17. promissionis terram contendentibus .
20. & 21. pro eis autem rogo tantum , sed & pro eis ,
credituri sunt per verbum eorum in me , ut
omnes unum sint , sicut tu pater in me , & ego
te , & ipsi in nobis unum sint .

22. Ità per sanctitatem finis, pérque re- *Recta In-*
ctam instrumentorum electionem, Societa- *strumen-*
tis rebus constitutis, ubique in domibus no- *torum ele-*
stris disciplinæ vigor, innocentia, simplici- *tio que*
tas, zelus, pœnitentia cum studiis literarum
efflorescent. Tunc haud erit causa, cur in-
videamus aureæ decem primorum Patrum
ætati, aut heroicarum virtutum celsitudi-
nem, aut manipulos conversionibus anima-
rum graves, aut odium, contemptum
que humanæ gloriæ, aut estimationem in-
estimabilem humilitatis, aut denique in-
comparabile, quod universos coronavit, dia-
dema, binis clarissimis gemmis effulgens,
fraternâ inter se concordiâ, atque admiran-
dâ conjugione cum Deo. Cùm post hæc,
amplius quod vobis, aut mihi augurer, non
habeam, finem facio, mèque sacrificiis ve-
stris, & precibus commendo. Romæ 8.
Septemb: 1666.

Omnium in Domino Servus

JOANNES PAULUS
OLIVA.

EPI.